



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

100. An qui confugit ad Ecclesiam armatus, gaudeat eius Immunitate, Et  
an possit reus in Ecclesia spoliari armis prohibitis, vel bonisfuratis per  
ministrum vel iudicem laicum? Expart.6. tr. 1. res. 8.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76442)

cubi consuetudo esset in contrarium, talis criminolus, non gauderet. Sed nos hanc limitationem non admittimus; nam, vt *supra* contra ipsum probauimus, Constitutio Gregor. tollit omnem consuetudinem, & reducit omnia ad vnicam formam, cum particula taxatiua: & ita in simili casu cuiusdam asserit consuetudinis, Peregrin. respondet *vbi supra*, n. 8. Et *supradictis* inferitur, furates in Ecclesia res alienas, quos hodie vocamus, *Tagliabursi*, imò furantes res sacras, etiam in templo; gaudere dicta immunitate: quidquid in contrarium dicat Decian. *tom. 2. lib. 6. cap. 26. num. 7.* Bobadill *in Polit. tom. 1. lib. 2. cap. 14. num. 48.* & alij penes Farinac. *tract. de immunit. c. 16. num. 215.* quos ipse meriti in *num. 217.* reprobabat, & refellit: & hac etiam immunitate gauderet fur, si confugiens ad Ecclesiam, rem furto sublatam, postea intra Ecclesiam contrectauerit, eaque vsus fuerit, vt notat Farin. *num. 218.* & Peregrin. *num. 10.* Et ratio potissima est, quam sæpius adduximus; nempe, tale delictum non esse per præsentem, Constitutionem exceptum. Notandum est etiam contra Ioan. de Heuia in *Curia Philip. p. 3. §. 12. num. 26.* & alios, arma prohibita non posse facultates auferre ab illo, qui in Ecclesia confugit, & se abscondit.

## RESOL. C.

An qui confugit ad Ecclesiam armatus, gaudeat eius Immunitate?

Et an possit reus in Ecclesia spoliari armis prohibitis, vel bonis furatis per ministrum, vel Iudicem laicum? Ex part. 6. tract. 1. Ref. 8.

§. 1. Negatiuè respondet Sarpus *c. 5. fol. 43.* vbi ita asserit. Hinc illud consequitur, vt eadem Ecclesiarum immunitas nullo modo protegat eum, qui verita legibus arma in Ecclesiam detulerit, eam namque deferre peccatum est: quique ea in Ecclesiam deferit, in Ecclesia peccat; quò fit vt in ea à Licetibus vinciri possit, & in quolibet etiam alio facto loco. Sic ille.

2. Sed contrariam sententiam prorsus tenendam esse putonam licet armorum vsus etiam de iure cõmuni prohibitus sit tam Laicis, quàm Clericis; ac tam intra, quàm extra Ecclesiam *ex leg. 1. Cod. vt armorum vsus infcio Principe interdicitur sit, lib. 11. & ex c. Clerici arma, de vit. & honest. Cler. & docet Corneus conf. 20. lib. 3.* & alij. Tamen delatio armorum inspecto iure communi est leue delictum, vt notat Bartolus in *leg. leuia. ff. de accusation. num. 8.* Decianus *lib. 8. cap. 4. num. 21.* & alij, quos citat Farinacius *quest. 28. post. nu. 66.* Sed satis *supra* firmatum est delinquentes in Ecclesia illius immunitatem consequi maximè si delictum leue fuerit, quod in Ecclesia commiserunt: & tradunt Hostiensis & Panormitanus in *cap. fin. idem Abbas in cap. inter alia.* Henricus Boychus in *cap. Ecclesia de immunit. Eccles. & alij* quos citat Farinacius *quest. 28. num. 63.* Adde quòd licet rei confugientes ad Ecclesiam armati ipsam offendant, non tamen ob quamlibet offensionem in Ecclesia factam, priuatur quis immunitate: sed solum propter occisionem & mutilationem. Ergo deferentes arma in Ecclesia eius immunitate gaudebunt.

3. Neque admitto id, quod ex Farinacius videtur de iure communi admittere Castrus Palauus *to. 2. tract. 1. di. sp. vnic. punct. 9. num. 10.* Sed malè: priuationem immunitatis Ecclesiarum quoad armatos confugientes ad Ecclesiam sumèdam esse ex capitali pœna, quæ inferitur ferentibus *supradicta* arma prohibita, nam clarum est Principes Laicos nullam habe-

re potestatem expressè statuendi, quàmnam crimina in Ecclesiis commissa, grauià iudicentur, vt delinquentes in Ecclesia illius immunitate priuetur, cum huiusmodi declaratio ad summum Pontificem pertineat, vel ex natura & substantia illius delicti, aut ex iure communi desumenda sit. Quo pro certo supposito, vt negari non potest sine temeritate, sequitur clarè contra Palaum & alios ex grauitate pœnae deferentibus arma prohibita lege Principis irrogatæ, non esse arguendam grauitatem delicti ad effectum, vt committens delictum illud atportandi arma prohibita in Ecclesia, inde eius immunitate non gaudeat; vt inuitus, vt docet Sarpus, auelli possit: ne quod vna via prohibetur alia permittatur, contra vulgarem regulam tradit Bonifacius in *cap. cum quid vna via, de regul. in 6. & gloss. in cap. vna, de procurat. Et-go, &c.* Et idè nostram sententiam, nempe reos cum armis prohibitis confugientes ad Ecclesiam gaudere immunitate, tradit Peregrinus *de immunitate, c. 12. num. 11.* Ambrosinus *cap. 5. num. 3.* Guazinus *tom. 1. defensi. cap. 29. num. 7.* Sperellus *decisione 59. num. 11.* Chartarius *decis. crimin. 74. num. 8. & decis. 46.*

*num. 15. & seq.* & alij penes ipsos. Vnde sic confugiens ad Ecclesiam non potest à Ministris armis prohibitis spoliari: quicquid asserat Sanchez in *opuscul. tom. 2. lib. 6. cap. 1. dub. 14.* & Villalobos in *summa tom. 2. tract. 34. diff. 5. n. 11.* vbi sic ait. [Tan poco vale a el que tiene armas prohibidas en la Yglesia quanto a las armas que se las pueden quitar, porque teniendo armas prohibidas, cometese delito en la misma Yglesia.] ita ille. Et ante illum Doctores, quos ego citauì in *part. 1. tract. 1. resol. 8.* Sed ibi & meritò contrariam sententiam tenui: & me citato tenent nouissimè Ciartlinius *controuers. forens. cap. 10. num. 16.* & Maranta in *controuers. iur. part. 2. respons. 37. n. 1.* Zambell. in *Reper. Mor. ver. Ecclesia quo ad eius immunitatem, num. 9.* Nouarius in *summa Bullar. titul. de immunitat. num. 6.* cum Castro Palauo *tom. 2. tractat. 11. di. sp. vnic. punct. 9. num. 10.* Et ratio est, quia in *cap. 1. extra de immunit. Eccles. & cap. 2. eod. tit. in 6.* expressè prohibetur iudicibus Laicis aliquam iurisdictionem in Ecclesia exercere: cum Ecclesia sit de territorio Episcopi, & extra territorium ius dicenti etiam à subditis non pareat in *6. ex. c. 2. de constitutione & leg. vltim. cum gloss. ff. de iurisd. omni. iudic.* Et idè nostram sententiam contra Sarpum determinabit sacra Congregatio Episcoporum in vna Salernitana die 30. Septembris 1616. decernens immunitate Ecclesiarum gaudere eos qui cum armis prohibitis in Ecclesiam se recipiunt. Vnde ex his non est audiendus noster P. Naldus in *summa vers. Eccles. num. 1.* asserens posse reum in Ecclesia expoliari armis vetitis, vel bonis furatis per iudicem laicum; quod malè etiam docet, Sanch. in *opuscul. tom. 2. lib. 6. c. 1. dub. 14.*

4. Restat modò respondere ad argumentum Sarpus, videlicet, quòd delatio armorum est à lege prohibita; & qui illa in Ecclesiam detulit, in illam peccat: ergo non debet eius immunitate gaudere. Respondèdo, quòd ratio quare delinquentes in Ecclesia non gaudent eius immunitate, est propter irreuerentiam factam loco sacro: nam decisio textus *cap. fin. de immunit.* non respicit qualitatem delictorum; sed tantum locum sacrum, in quo delicta committuntur: sed propter delationem armorum prohibitorum parua sit irreuerentia loco sacro; ergo licet sit delictum in se illa deferre contra leges prohibentes, non est dicendum ita facientem delinquere in Ecclesiam, itaut perdat eius immunitatem: & dato quòd talis reus delinqueret in Ecclesia, delatio tamen armorum est leue delictum, vt docet Farinacius *q. 28. num. 66.* Et licet ipse asserat, quòd quando delatio armorum meretur

Sup. hoc in Ref. seq.

Quæ, nunc hanc sequetur, & in fine Ref. præteritis,

Sup. his bonis furatis in Ref. seq. 9. Vt. in principio, & magis late supra in Ref. 57. §. Sed non indigemus.

Sup. in his primis diff. sic seq. in hoc & supra in Ref. 17. §. 1. & 2. & 3. & 4. & 5. & 6. & 7. & 8. & 9. & 10. & 11. & 12. & 13. & 14. & 15. & 16. & 17. & 18. & 19. & 20. & 21. & 22. & 23. & 24. & 25. & 26. & 27. & 28. & 29. & 30. & 31. & 32. & 33. & 34. & 35. & 36. & 37. & 38. & 39. & 40. & 41. & 42. & 43. & 44. & 45. & 46. & 47. & 48. & 49. & 50. & 51. & 52. & 53. & 54. & 55. & 56. & 57. & 58. & 59. & 60. & 61. & 62. & 63. & 64. & 65. & 66. & 67. & 68. & 69. & 70. & 71. & 72. & 73. & 74. & 75. & 76. & 77. & 78. & 79. & 80. & 81. & 82. & 83. & 84. & 85. & 86. & 87. & 88. & 89. & 90. & 91. & 92. & 93. & 94. & 95. & 96. & 97. & 98. & 99. & 100.

Sup. hoc notando, in Ref. seq. 8. Neque, ad medium, a veri rade, & in Ref. 1. post seq.

Sup. hoc in Ref. præteritis.

Sup. in Ref. que hic est et sequenter in 1. Neque obit, cum misit alij DD.

meretur pœnam capitalem, est graue delictum: tamen grauitas, vel leuitas huius delicti, vt supra dixi, non est consideranda in casu nostro respectu pœnæ à lege impositæ; sed respectu irreuerentiæ loco sacro factæ: ergo non erit talis delatio atmorum delictum graue respectu Ecclesiæ. Adde quod cum hoc delictum non fit per Canones exceptum, debet gaudere Ecclesiastica immunitate, iuxta à nobis superius dicta.

## RESOL. CI.

*An ministri laici iurisdictionis possint in Ecclesia auferre reo arma prohibita?*

*Et an satellites possint per vim auferre rem furatam à manibus furum, etiam in Ecclesia existentium, si tradere recusent?*

*Et an satellites Curia laicalis, quando reus est intra Ecclesiam, ne inde fugiat, possint brachio apprehensum tenere, donec licentia Episcopi veniat?*

*Et an in tali casu concedatur, quod Ecclesia obfideatur à satellitibus, ne reus libere effugiat? Ex part. 1. tract. 1. Resol. 8.*

Sup. hoc supra cursum in fine Ref. 99. & magis late in Ref. 100. §. Neque ad medium verif. Vnde.

§. 1. **A**ffirmatiue respondet Gambacurta lib. 4. c. 10. n. 11. Villadiego in Polit. cap. 3. n. 214. & citat Couart. lib. 2. var. c. 20. n. 12. Idem docuit nouissimè Ioann. de la Cruz in direct. conscient. p. 1. precept. 8. q. 3. a. 1. dub. 1. conclus. 3. Grassi. tom. 1. lib. 3. confanico, n. 19. de immunit. Eccles. Suarez de Relig. tom. 1. tract. 2. lib. 3. c. 12. sub n. 3. Facundez de Precept. Eccles. part. 2. lib. 4. c. 4. num. 55. & Laurentius Portell. in dubiis regularibus verb. Ecclesia immunitas. num. 15.

2. Sed negatiuam sententiam, & meritò docet Farinac. tract. de immunit. Eccles. cap. 16. num. 238. vbi asserit, contrariam sententiam procedere de iure ciuili, non autem de iure canonico: nam ex cap. 1. extra, de immunit. Eccles. & in cap. 2. eodem titulo, in 6. expressè prohibetur Iudicibus secularibus, aliquam iurisdictionem in Ecclesia exercere. Hanc sententiam docuit P. Peregrin. de immunit. Ecclesia, cap. 13. n. 5. Et rationem aliam adducit; quia, sicut reus non potest extrahi per Iudicem laicum ab Ecclesia, etiam in casibus exceptis, sine licentia Episcopi, vel eius Officialis, vt determinat Gregor. XIV. in hac Constitutione: ita quoque non potest Index laicum illum armis expoliare in Ecclesia, absque licentia Episcopi, vel eius Officialis: nam accessorium sequitur naturam sui principalis.

Sup. hoc supra in Ref. 57. §. Sed non indigemus & in Ref. 100. §. Neque, cursum in fine.

Sup. hoc infra in Ref. 116. lege doctrinam §. Hinc obiter, & in alio §. eius not.

3. Nec mihi placet opinio Gambacurt. loco citato, qui asserit, satellites posse per vim auferre rem furtiuam, à manibus furum, etiam in Ecclesia existentium, si tradere recusent, vt eam suo domino restituant: sed hoc, ex rationibus allatis, negat Peregrin. ex loco citato, & cap. 12. numer. 8. Nec approbo aliam opinionem Gambacurt. vbi supra à num. 14. 15. & 18. vbi asserit, posse satellites Curia, quando reus est intra Ecclesiam ne inde fugiat, brachio apprehensum tenere, donec licentia Episcopi veniat: vel, si personæ ecclesiasticæ quærunt dimittere illum, non expectata licentia Episcopi, reum capere, & extrahere ab Ecclesia, & ad Episcopum postea ducere: non inquam, approbo hanc opinionem, propter multa inconuenientia, quæ ex illa possunt procedere ex insolentia ministrorum laicalis iurisdictionis, & propter irreuerentiam ex talibus actionibus contra Ecclesiam prouenientem. Adde, quod in casibus similibus, ad euitanda supra dicta incommoda, & propter securitatem Iudicum secularium, concedunt DD. quod Ecclesia obfideatur, à satellitibus, ne reus li-

berè fugiat; vel, vt si extra fines Ecclesiæ exeat, capiatur: quia in tali casu nulla vis efficitur existenti in loco sacro; vt efficeretur, si esset sequenda opinio Gabacurtæ: sed solus locus nō facit custoditur, vt si voluntariè illinc exeat criminofus, ibi teneatur, & vis inferatur, vbi licitè inferri potest. Et ita docet Peregrin. loco cit. n. 10. qui citat Suarez, Ambrosinum, & Italiam, cui ego addo Farinac. tract. de immunit. Eccles. cap. 19. n. 299. & Megalam in 3. part. lib. 4. c. 2. quest. 1. num. 29.

## RESOL. CII.

*An qui iam vicinus Ecclesia cum ipso satellite per vim intrat in Ecclesiam, & vt se de manibus illius eximat, vulnerat illum cum magna sanguinis effusione, gaudeat Immunitate? Ex part. 1. tract. 1. Ref. 13.*

§. 1. **N**on gaudere docet Gambacurt. lib. 6. c. 18. num. 6. cum ratione grauis delicti in Ecclesia perpetrati immunitate priuetur: & idem docet Villadiego in Polit. cap. 3. num. 206.

2. Sed supra hanc opinionem probauimus Resol. 2. nam delicta, etiam grauia, & enormia in Ecclesia commissa, non excluduntur ab immunitate Ecclesiarum, extra homicidium, & mutilationem membrorum: & idè in particulari ad propositum casum respondendo, assero supradictum criminofum gaudere immunitate: quia post Bullam Gregor. XIV. vt reèdè notat Farinac. tract. de immunit. Eccles. cap. 16. n. 227. vulnerans in Ecclesia, etiam cum effusione sanguinis gaudet illius immunitate: quia in dicta Constitutione excipitur solum vulnus cum mutilatione membri, quidquid in contrarium asserant aliqui: sed in dicto casu reus non mutilauit membrum aliquod; sed solum satellitem grauius vulnerauit, ergo gaudebit Ecclesiæ immunitate.

Quæ hic est supra Ref. 24. & in alia eius not.

## RESOL. CIII.

*An qui cum ipso satellite per vim intrat in Ecclesiam, gaudeat eius Immunitate? Ex part. 3. tract. 1. Ref. 36.*

§. 1. **A**ffirmatiuam sententiam docui in tract. 1. de immunit. resol. 13. sed aliqui Iuriconsulti in surrexerunt aduersum me dicentes, supradictum reum non gaudere prorsus immunitate, quia Ecclesia non recipit cum liberum, sed captum; ergo. Respondeo, quod casu, vt quod Canones loquuntur absolute, nempe confugiens ad Ecclesiam debere immunitate gaudere, & ybi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. Et ita in terminis determinat hunc casum Marius Italia de immunit. Eccles. 1. lib. 1. c. 6. §. 2. n. 70. & ita etiam fuisse determinatum his diebus elapsis in Curia Episcopali Aggrigentina stante voto à me subscripto: & à RR. PP. Iosepho de Augustino, Francisco del Bene, & Francisco Bardi Societatis Iesv, viris doctissimis, & amicissimis, vnde non sunt audiendi in hoc Pegueta dec. 251. Gamma de vis. 141. Ambrosinus de immunit. cap. 10. num. 10. cum aliis Iuriconsultis penes ipsos.

Quæ hic est Ref. antecedens, quantum sit distinctio in aliis casibus huius Ref. signanter in Ref. seq. & in aliis eius not.

## RESOL. CIV.

*An qui detentus à Birruariis adhuc intrat in Ecclesiam, gaudeat eius immunitate? Ex part. 4. tract. 1. Refol. 106.*

§. 1. Nega